



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 11. Papæ Urbani litteræ contra Castiliæ Regem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XIV. volos, & injuriosos Anglica lingua insti-  
A C 1382. tuens, ut populum in Præfulem concita-  
ret. Nullam ad propositionem apposite  
respondebat: & de prima quærenti Præ-  
fuli, an panis *materialis* post consecratio-  
nem maneat, illudens dicebat: Hanc vo-  
cem *materialis* mitte in loculos tuos, si  
quos habes! Tum vero Archiepiscopus  
eum tanquam confessionis omnium pro-  
positionum convictum declarabat hæreti-  
cum. Post hæc a Rege Richardo pro-  
se suisque Suffraganeis obtinuit potesta-  
tem vinculis, ac tenebris mandandi eos,  
qui hos errores traderent, aut tuerentur.  
Rex litteras dabat 12 Julii.

## §. XI.

*Papæ Urbani litteræ contra Castiliæ  
Regem.*

**U**rbanus Castellæ Regem Clementis  
partem solemniter suscepisse audiens  
eudebat fusas adversus eum litteras:  
*Rayn. n. 14.* ubi eundem duntaxat Joannem Hen-  
ricum filium iniquitatis, se pro Re-  
ge Castellæ, ac Legionis gerentem no-  
minat, & loquitur hanc in sententiam:  
Nos per epistolas, Legatosque suos agno-  
verat Papam legitimum: nobis fidem spo-  
noderat, & obedientiam: a nobis diver-  
sas gratias sacras, profanasque obtine-  
rat: & tamen a Romana Ecclesia & no-  
bis

*&c.*

bis ad antipapam Robertum transiit, ac Sæcul. XIV.  
 transfire subjectos sibi etiam per minas A. C. 1382.  
 coegerit. Per neutrius partis studium sub-  
 dole se asseruit in libertatem nulli obno-  
 xiām quæ est species hæresis: & aliquam-  
 diu in ea hærens bona, juraque ac redi-  
 tus ærarii Apostolici usurpare, ac Eccle-  
 fias cathedrales, cœnobia, & alia bene-  
 ficia occupare per schismaticos non du-  
 bitavit. Denique congregatis Præfuli-  
 bus suum in Antipapam studium palam  
 professus eundem a Clero ac populo agno-  
 sci, colique jussit.

Quapropter memoratum Joannem,  
 qui se dixit Castiliæ Regem, citavimus,  
 ut 18 hujus mensis Martii nobis ipse se  
 sisteret, audiretque se declarari schismati-  
 cum, religionis desertorem, læsæ maje-  
 statis, & factæ in nos conspiracyonis reum,  
 puniendumque ut hæreticum. At quia  
 præscripto die non comparuit; nostram  
 tulimus sententiam, per quam eum qua-  
 libet dignitate, honore, ac jure, quod ad  
 Castellam, & Legionem habere posset,  
 cunctisque fundis beneficiariis, aliisque  
 bonis per nos fisco addictis privatum, &  
 infamem pronunciavimus, ac omnibus  
 Christianis capiendum exposuimus, &  
 statim ad nos mittendum, aut si hoc tuto  
 fieri nequiret, arcto mandandum carceri,  
 donec aliud statuissimus.

Sæcul. XIV.      Præterea universis cujuscunque gra-  
A. C. 1382.      dus Christianis interdicimus, ne Joannem  
                      in suas urbes, castella, vel alia loca reci-  
                      piant, aut pro ipso, & comitatu ejus,  
                      ubicunque sint, vinum, frumentum, aut  
                      victum aliud, vel pecuniam, aliamve rem  
                      eis usui futuram afferant: alioquin ho-  
                      mines anathemate, loca interdicto affici-  
                      mus. Sub iisdem pœnis vetamus, ne-  
                      quis ei quacunque in re obediat, ullam  
                      pensionem prædiatoriam exsolvat, vel  
                      aliquid servitium præstet: quotquot ei  
                      jurarunt fidem, inde solvimus. Denique  
                      crucem induentibus, ut bello petitum ex-  
                      terminent, noxarum veniam, & privilegia  
                      eadem largimur, quibus frui solent in-  
                      euntes sacram pro Palæstina militiam.  
                      Dabat 28 Martii anno 1382. Sic ex-  
                      hausisse videtur omnes clausulas, quas  
                      tabularium Romanum severissimas affer-  
                      vabat.

## §. XII.

*Ludovicus Andegaviæ Dux in Ita-  
liam venit.*

Vita PP.  
p. 506.

Interim novus Rex Neapolis Carolus de  
Pace Ludovicum Andegaviæ Ducem  
bellum in se adornare audiens Reginam  
Joannam, quæ hunc Principem acci-  
rat, de medio tollere decrevit. In quo-  
dam Aprutii castello detentam, & in fa-  
cello